

# EX PRÆLECTIONIBUS D. CHYTRÆI IN MAT- THÆUM.

**G**enealogiæ Christi consideratio de multis utilibus materiis Lectorem admonet.

Primò. Quòd iste Iesus natus ex Virgine Maria, verè sit promissus Messias, quem nasci oportebat ex posteritate Abrahæ & Davidis, ut Gen. 12. 22. 2. Reg. 7. prædictum erat.

Secundò. Monet, ut promissiones & conciones de Christo Patribus factas diligenter reperam⁹, quæ Gen. 3. 12. 22. 49. Deut. 18. 2. Reg. 7. & passim in Psalmis & Prophetis illustratæ sunt, & cogitemus omnibus temporibus in Ecclesia idem Euangelium de Christo Redemptore sonuisse, propter quem omnes sancti remissionem peccatorum & vitam æternam consequuti sunt.

Tertio. Docet quid sit Ecclesia Dei, videlicet solus ille cœtus, qui Euangelium de Christo cognoscit & fide amplectitur. Hujus Evangelii voce omnibus temporibus vera Ecclesia constituitur & propagatur.

Quartò. Docet semper in mundo immensa Dei bonitate Ecclesiam conservari. Nam in hac continua serie Patrum inde usq; ad Abraham per annos 1940 semper aliqui veræ de Deo doctrinæ custodes fuerunt, & sua voce promissiones de Christo illustrarunt.

Quintò. Cùm in Genealogia Christi mētio fiat Thamar, Rachab, Ruth mulierū Ethnicarum, discimus gentes quoq; ad societatem Ecclesiæ Dei pertinere.

Sextò.



## GENEALOGIA

Sextò. Ex peccatoribus nasci voluit Christus, ut ostenderet se vocare peccatores ad poenitentiam & societatem suorum beneficiorum.

Septimò. Monet hic Catalogus, ut singulorum Patrum Politeumata, historiam vitæ, doctrinam de Deo, exempla virtutum & vitiorum consideremus, ut eorum testimoniis nos confirmemus, & virtutes pro nostra vocatione & virili parte imitari, vitia autem & lapsus vitare, Christo juvante, possimus.

Octavò. Series temporum Mundi, quibus singuli Patres vixerunt, divinarum patefactionum, collectæ & instauratæ Ecclesiæ, mirandarum liberationum &c. cogitanda est.

*Patri, Spiritui sancto & tibi gloria IESV;  
Qui Deus æternus verus & unus ovæ.*

FINIS.

ERRATA sic corrige.

*Pag. 2. lin. 4. tabellam. p. 10. l. 1. sum commendatus p. 18. l. 1. suscitatum sit. p. 23. l. 26. hypothesis. p. 32. l. 8. eorum, qui. p. 41. l. 24. quas necesse. p. 50. l. 7. iacob autem genuit. p. 55. l. 2. iacob vero filius Mathææ.*





the scale towards document

# IONIBUS N MAT-

o de multis utilibus

x Virgine Maria, ve-  
oportebat ex poste-  
2. 22. 2. Reg. 7. præ.

nes & conciones de  
epetam<sup>9</sup>, quæ Gen.  
passim in Psalmis &  
emus omnibus tem-  
um de Christo Re-  
omnes sancti remissi-  
um consequuti sunt.

Dei, videlicet solus  
sto cognoscit & fide  
e omnibus tempori-  
opagatur.

lo immensa Dei bo-  
in hac continua se-  
er annos 1940 sem-  
todes fuerunt, & sua  
rarunt.

risti mētio fiat Tha-  
arum, discimus gen-  
Dei pertinere.

Sexto.